

sed tantummodo quando denuntiator non extat, nec de occultatione habetur notitia. Quando autem est denuntiator, & propter ea in commis-
sum inciditur, resque amittitur; tunc facit obli-
gatio manere dicatur, de conscientia tamen for-
nihil pronuntiatur.

*Si non pe-
tatur non
debet.*

*Esse dispu-
tuum, &
non obliga-
re ad emis-
sionem &
poenam.*

*ut in con-
scientia no
obligari, que
succurrunt.*

sitionem dictam inficiati sunt, aut de illâ dubitatur. In casu autem dubij vestigalia non obligare in conscientia, & ea praesertim, de quorum initio constat, multorum sententia est, pro quo videri potest P. Thomas Sancius Lib. 2. Confessorum, Cap. 4. dub. 6. num. 5. vbi plures adducit, quos & sequitur, sicut & P. Lefsius Lib. 2. cap. 33. num. 63. vbi plures etiam allegat obligationem conscientiae in nouis vestigialibus, aut veterum incrementis remouentes, quia de illorum iustitia satisfactio plena non habetur. P. Fillius Tract. 28. cap. 7. num. 127. P. Molina Diff. 674. num. 9. §. Quinta conclusio, & alij. Rescriptum ergo prae dictum reue-
*Quid de-
renerer accep-
tum est, & capiti imponendum,
scripto di-
cto.*

renerer accep-
tum est, & capiti imponendum,
scripto di-
cto.

re probare: de illius autem efficacia quoad conscientiae forum quis possit certum aliquid polleri? Pro quo & facit, eo tempore, quo Schedula Regia transmissa, Aueriam ad rationem tantum vnius pro centum per solutam. Circa illud ergo potuit grauamen conscientiae constituiri: cum tamen postea fuerit gemitum, hoc extra obligationem praefatam manet, & quidquid in posterum adiicitur.

133. Et tolerabilis quidem Aueria, que pro mari Pacifico soluitur, haberetur, si non alia quaestuosa succederet, ad expensas omnes Regiae classis, que ex Hispania in Indias mittitur: illæ enim pro rata ex aceruo diuitiarum, que ex Indiis comportantur, cuiuscumque fuerint, Regiis demptis, extrahuntur. Ex quo fit ut ad rationem duodecim pro centum quam solui contingat, moderissima habeatur, esse enim maior multo solet, & ad viginti, & amplius non numquam peruenire. Ex eo enim quod pro certo habeatur plurima sine registro reportari, juxta id, quod verosimile appareat, vnuquisque grauatur. Habet autem hoc id commodum, ut ex tali pensione iuxta verosimiles in dictâ conjecturas, perscrutacionis damnum evitetur, que fieri posset in Hispania portibus, antequam singulis educendis suas facultas traderetur. In quo varia esse arbitria solent, dum Regi ministri, quibus visitatio est classis Regiae commissa, pro iuribus Regiis integrè colligendis satagunt, & diuitiarum domini Aueriae grauamen, quod excessuum reputant, & praesertim argenti sui molestam & perniciolem detentionem, conantur destinare. Et vt exactio ista æqua non sit, suadet in primis excessus dictus, iuxta Doctorum omnium in materia ista sententiam, de quâ dictum sapienter. Deinde. In Regiâ classe non sole priuatorum expectant diuitiae, sed Regiis etiam thesaurus: & ita exportationis illius expensa non debet ad priuatorum pertinere. Præterea. Ex dubiis conjecturis non debent onera certa deduci, ac si id, quod conjecturæ indicant, esset penitus exploratum: in dubio enim melior est conditio possidentis, vt est regula iuriis notissima: si ergo aliquid ob conjecturaram verosimilitudinem eliciendum est, sit illud maximè moderatum, & sponte potius datum quam extortum: quod aliquando factum, vt non debet benignitate Regiâ, cuius auctoritate res agitur, indignum reputari.

134. Ad hæc, que videntur esse verissima, id dici tantum potest, necessitates nimium quantum urgere, & ad ista ac duriora sapienter, obligare. *Excusatio
necessitat
is debet at
tolerari.*

Et

aut modum illius speciale, conuehuntur. Pro quibus sit

§. I.

Duae species prohibitiones expenduntur.

135. Prima est circa registrum: quidquid *Registrandi
enim sine illo transtulerit, vbi facien-
dum præscribitur, Fisco addicetur, quia Regia
iura eo pacto defraudantur. Cui tamen ratione
videtur esse contrarium id, quod habet citatus de
Escalona, §. 4. num. 8. vbi ait etiam ea, ex quibus
non debentur iura, debere registrari: ergo regis
ratio alia est ratio magis generalis, quam ille redi-
dit, num. 1. Vnde triticum etiam cum extra Pro-
vinciam non exportatur, registro subiectum
est. Ratio ergo est; quia notitia eorum, que
transfuehantur, necessaria est: sic enim publicæ
economie congruit, & defraudationis Regiorum
iurium cura deponitur, dum quod exportatur,
Regis fit Officialibus manifestum. Potest etiam
accidere, ut non expedita aliqua extraheatur, quia
sunt pro eo loco necessaria, ut triticum, farina,
legumina, & similia si que sint alia.*

136. Adiutum autem citatus Auctor §. citato, si legaliter *Doctrina
facto legaler registrum non cadere in
commisum, qui iura Regia non soluunt, quia
hoc per actionem speciale & determinatam per-
titur: licet poena non soluendi sint per quadrupli
solutionem. Que distinctio quoad substantiam
nullius momenti est: si enim defraudatio iurium
quadrupli solutione multatatur, quid interest
quid hoc aut illâ petatur actione? Addit num.
seqq. quod si res registrata deficiat, non tamen
dolo eius qui eam registro subiecit, aut alterius,
ad cuius curam pertinet, Fisco perit, & ita non
potest petere estimationem, est enim rei talis do-
minus. Ex Ordinationibus Registarum Capitulum. An.
1573. Quod est sane difficile. Si enim dolus ab-
fuit, unde Fiscus dominus? Si præterea illi perit,
ad quid tale dominium pertinet, que, si extaret,
ad suum dominum pertineret? Rogo enim,
quando res talis Fisco acquisita est: Non qui-
dem cum registrata non est, quia dolus absuit:
neque frequenti tempore, quia ratio est eadem: ergo
dominium, si datur, ad tempus, in quo perit, re-
ferendum. Si dicatur rem non registratam eo
ipso pertinere ad Fiscum: ex eo autem quod
dolus absuit, haberi illud commodum, ut estima-
tio non petatur, quia domino perit. Contraria est;
quia ex eo Fiscus fit dominus, quia in commis-
sum incidunt, unde & poena ipsa absolute
vocatur commisum. Atqui in casu isto nequit
dari poena, qui non datur culpa: ergo nec Fiscus
dominium acquirere. Qui discursus videtur ma-
nifestus, & pro eo faciunt quæ citatus adducit
num. 20. dicens ea que in portibus ob violen-
tiam aliquam exposita reperiuntur, non cade-
re in commisum, quia dolus absuit. Quod &
eum aliis tradit P. Fragos Tom. 1. pag. 401. num.
54. & habetur expresse, L. vlt. 9. Diui. 2. D. de
Publican. Quod autem addit citatus Escalona, in
Gazophylacij lib. 2. Parte 2. cap. 12. per aliquot
s. s. & talia sunt quæ ex amissione eorum haben-
tur, quæ contra leges exportationem vetantes,*

A Gunt de illis Dom. Solorzani Tomo 2.
Lib. 5. num. 64. & seqq. & in Politica Lib.
6. Cap. 10. & Dom. Galpar de Escalona
in Gazophylacij lib. 2. Parte 2. cap. 12. per aliquot
s. s. & talia sunt quæ ex ammissione eorum haben-
tur, quæ contra leges exportationem vetantes,

*Pro expo-
sitione per vio-
lentiam in
portibus
debet por-
torum.*

necessitatem. D. de Publican. Et specialis per L. I.
C. de naufrag. lib. II. vbi Bartholus & scribentes.
Quod & tenet expresè P. Fragosus *suprà*, §. Ne-
que refert. male à præfato Autore citatus, §. 4.
num. 25. Nam neque in eo §. talis est numerus,
& citato à nobis loco contrarium aperte protesta-
tur. Cuius obvia est ratio: infortunia scilicet
aliena non esse ad lucra propria trahenda, &
afflictis solatium, præsertim à Regibus, & non
nouam afflictionem ingerendam. Quod enim ius
habet Fiscus in aliena calamitate, ut de re tam lu-
crosa compendium segetur? L. I. C. de naufrag.
Lib. II.

*Fatore non
registrante
an dominus
incident in
commisso.*

138 An autem pœnam Committi incurrat
rei non registratæ Dominus, qui tamen Fatori
suo jussit registrare, quæstio est, in quâ sunt qui
negent, affirmantibus aliis, ut videri potest apud
citatum Escalonam *suprà*, *num. 25.* Vbi ait pro
Indiis legem extare, iuxta quam Fisco quidquid
est tale adiudicatur: Dominò autem actio con-
tra Fatorem competit, qui sibi imputet prauam
Fatoris electionem. Et certè oppositum fraudi-
bus est expositum: posset enim quis in exteriori
foro mandatarum registri proferre, ut se eo in quo-
cumque euentu tueretur: & tamen secretò aliud
in mandatis dare; quia id sibi utilius judicaret.
Non est autem simile de eo, qui mercatori tradit
cum obligatione registri, cuius interest, ut nullo
modo sine registro id, quod tradit, deferatur: ut
passim euenit in iis, qui facultates suas Commen-
datariis, qui dicuntur, exhibent Commendæ
nomine, de quibus inferiùs *Titulo 9. num. 212. &*
seqq. In illis enim nulla de iurium defraudatione
potest esse luscipio, nec prauia electio imputari;
cùm Commendatarij dicti communiter fideles
reputentur. Nemo enim alterius odio debet præ-
grauari, ut est regula juris comperta: nec fidelis
in soluendis iuribus Regiis multari quasi infide-
lis. Sed cùm hoc à sententiâ iudicum pendeat, qui
nimis esse solent litteræ *Textūs addicti*; nescio
an audiendus sit, qui iustitiam casu in isto postu-
larit. Potest autem resolutio fauorabilis pro
foro conscientiæ deferire, si quomodo possit
compensatione aliquâ damnum huiusmodi repa-
rari. Iuuat communis doctrina de excedente
formam mandati, ex quo nulla est obligatio re-
stitutionis in mandante. Pro quo P. Azor *Tomo*
3. lib. 4. cap. 10. quæst. 4. Bonacina Tomo 2. Disput.
1. de Restitutione quæst. 2. Puncto 6. numer. 7. &
aliis.

*In commis-
sis non esse
locum ar-
bitrio judi-
cium.*

139 In communis non esse arbitrio locum in judicibus, communis sententia est, & ita ut certum affirmant Dom. Solorzonus, & D. Escalona, Et hic *num. 30.* consuetudinem aliquando videntem carpit, quia ex prauâ persuasione processit edicti cuiusdam Philippi Secundi, vulgo iactari soliti circa eos, qui res sine registro exportant: ait enim mitius agendum cum illis, quia sunt rerum suarum fures. Neque enim de tali rescripto constat, iuxta quod voluerit in facti contingentia iudicari: licet verosimile sit in familiari contumeliatione tale aliquid ab eodem pronuntiatum. Quod & vt apothegma eiusdem refert Dom. Solorzonus in Politicâ pag. 979. s. *Y es para el
mesmo.* Quidquid autem de hoc sit, sunt nouiores schedulæ, arbitrium circa hoc penitus prohibentes, vt videri potest apud cundem pag. 987.

*In commis-
sis non esse
locum ar-
bitrio judi-
cium.*

139 In communis non esse arbitrio locum in judicibus, communis sententia est, & ita ut certum affirmant Dom. Solorzanus, & D. Escalona, Et hic num. 30. consuetudinem aliquando vigentem carpit, quia ex prauâ persuasione processit edicti cuiusdam Philippi Secundi, vulgo iactari soliti circa eos, qui res sine registro exportant: ait enim mitius agendum cum illis, quia sunt rerum suarum fures. Neque enim de tali rescripto constat, iuxta quod voluerit in facti contingentia iudicari: licet verosimile sit in familiari contumeliatione tale aliquid ab eodem pronuntiatum. Quod & vt apothegma eiusdem refert Dom. Solorzanus in Politicâ pag. 979. s. *Y es para el
mismo.* Quidquid autem de hoc sit, sunt nouiores schedulæ, arbitrium circa hoc penitus prohibentes, ut videri potest apud cumdein pag. 987.

apud Dianam Parte 1. Tractat. 2. Rejolut. § 9. vbi non licet Auctores adducit, quod tamen hinc videmus contingere. Quando alias juxta communem etiam doctrinam, id contra illam esse censetur, quo stante non licet Clericis, quod eo sublato licebat, de quo dictum *suprà*, *Tirulo 3. num. 109. & 110.* Et pro quo videri citatus Auctor potest *Rejolut. citatâ*, & etiam 60. Quando ergo in præfatâ *Schedulâ* hoc videtur prohiberi, intelligendum est de quantitate aliquâ notabili, quæ ut defendi ab inuasione Filii queat, talis prætextus adiicitur, non tamen cum attentâ rei conditione sufficienter constaret eam nomine Ecclesiæ emptam, & ad eius ornatum pertinere. Quoad Ecclesiasticos autem verosimilius dici potest prohiberi posse emere, sicut alij; generali tamen prohibitione, quia est lex communi bono utilis, & has *Quomodo
rescriptum
exponenâ.* De Eccle-
sia, non de Ecclesiasticis circa perso-
Eccl-

*ara loqual. Et D. Escalonam, num. 33. & in
marginie ll. QQ. Et recentior alia annis proxi-
mis, in quâ Rex noster aliter factum annullat, &
arbit judices, qui ex Regiâ Gazâ se exhibent li-
petales. Onus ergo suum portent, qui cùm pos-
tent, registro facto, sibi consulere, & de alieno
apite periculum facere, ei se exponere malue-
unt. Iudices equidem contrauenientes grauiter
delinquent cum restitutionis obligatione, quia
Rex circa hoc suam habet fundatam intentionem,
& illi ex officio debent legum dictarum obser-
vantiam vrgere, ex quarum violatione Regio Fif-
co grauia dispendia suboriuntur.*

140 Secunda prohibitio , ex cuius violatione
in Commissum impingitur, est circa merces de
Contrauando , de quibus dictum *Titulo 3. cap. 3.*
et Titulo 4. cap. 10. Modò autem id speciale oc-
currit, quod in Schedulâ *Ann. 1620.* præcipitur ;
scilicet ut nihil ex mercibus sericis ex Sinâ in Pe-
ruuium adductis ibidem relinquatur ; sed remit-
tantur in Hispaniam , etiam si dicatur aliquid pro
cultu diuinio adductum , aut vitilibus aliis posse
ornamentis applicari. Quæ dispositio , quod ad
cultum diuinum attinet, videtur sanè durissima ;
quia ex eo quod aliquid huiusmodi ad diuinum
cultum applicetur , nullum sequitur inconue-
niens. Ratio quidem, propter quam in Peruuo
prohibetur genus mercium tale relinquiri, etiam-
si in parua quantitate sint , ea est , quam Dom.
Solorzanus adducit in Politicâ pag. 985. Col. 1.
quod scilicet occasione reliistarum alias intro-
duci possent , ex prioribus illis esse simulan-
do. Hoc autem in iis , quæ diuinio cultui de-
seruiunt, locum non habere, omnino perspicuum
habetur.

141 Deinde. Id non videtur sint scrupulo
stare posse violata Ecclesiastica libertatis; quia
impediri Ecclesia nequit, quo minus ornatum
hinc inde conquerat, quem sibi commodiorem
judicarit, quando ex eo nullum Regi aut Regno
sequitur detrimentum, vt hic contingit. Quale
enim detrimentum appetit ex eo quod quatuor
Casulae aut Frontalia ex Indico ferico diuino
applicentur obsequio, quod minori pretio emi-
tur, & ita ad ornandas Ecclesias commodius ha-
betur, quas videmus passim ob summa rerum
istarum pretia minus decenter ornatas? Et qui-
dem communis doctrina est statutum illud, quod
de Ecclesiasticis facit mentionem, contra liber-
tatem Ecclesiasticam militare, vt videri potest

apud Dianam Parte 1. Tractat. 2. Resolut. 59. vbi
Auctores adducit, quod tamen hic videmus con-
tingere. Quando alias juxta communem etiam
doctrinam, id contra illam esse censetur, quo
stante non licet Clericis, quod eo sublato licebat,
de quo dictum *suprà*, *Tirulo* 3. num. 109. & 110.
Et pro quo videri citatus Auctor potest *Resolut.*
citatà, & etiam 60. Quando ergo in præfatâ *Schedulâ* hoc videtur prohiberi, intelligendum
est de quantitate aliquâ notabili, quæ ut defendi
ab inuasione Fisci queat, talis prætextus adiici-
tur, non tamen cum attentâ rei conditione suffi-
cienter constaret eam nomine Ecclesiæ emptam,
& ad eius ornatum pertinere. Quoad Ecclesi-
sticos autem verosimilius dici potest prohiberi
posse emere, sicut alij; generali tamen prohibi-
tione, quia est lex communi bono utilis, & has *De Eccle-*
sia, non de Ecclesiis circa perso-
Eccle-

*nalem em-
ptionem,
procedit
assertio-*

Ecclesiasticos ligate in illis, quæ cum eorum statu non pugnant, communis resolutio est, de quâ dictum *num. 136.* & pro qua etiam yideri citatus Auctor potest ibidem *Resolut. 8.* & *Tract. 10. Resolut. 12.* & P. Palau *Tomo 1. Tract. 3. Disput. 1. Puncto 24. §. 6.* Diuersa enim est ratio Ecclesiæ & personæ quoad hoc: expedit namque ut Ecclesiastici ratione ornatus proprij non sint communi commodo Reipublicæ perniciosi, sed se aliis conforment: in Ecclesiis autem ea est ratio specialis, quam adduximus, & ex eâ nihil sequitur communi utilitati aduersum. Quemadmodum si lex esset ne quis serico vteretur, deberent Ecclesiastici tali se conformare legi; cum pro Ecclesia nullas haberet vires, eò quod pro ornato Ecclesiæ multa deceant; quæ possunt Ecclesiasticis non decere.

Circumerces de Contravando.

193

ditur. Nam commercium hoc aliquando fuit non vide-
permisum, tum auri & argenti, licet in quanti- tur obligat
tate moderata, tum in rebus aliis, quæ ad pecu- re.
niam redactæ commercium istud incrassabant. Prohibitum tamen illud, quia appositi limites
non seruati, & ex eo grauia inconuenientia sunt
experimentis frequentibus comprobata. Atqui
ex eo quod semel aut iterum commercium istud
occulte ineatur, non peruenit ad quantitatem
illam, quæ si intra designatos contineretur li-
mites, non habere inconueniens iudicata est: er-
go cessat ratio prohibitionis, & ita etiam obli-
gatio in foro animæ, ex communi doctrinâ de
quâ dictum *suprà*. *Tit.* 1. *num.* 27.

¹⁴⁴ Quod autem commercij prohibitio ad
merces ex Hispaniâ adductas specialiter extendi-
tur, ne scilicet ex Noua-Hispaniâ in Peruuium
traducantur, ob eam scilicet rationem ne coti-
tractatio Terræ-firmæ, per quam ordinarius est
transitus, minuatur, vt ait Dom. Solorzanus pag.
984. citatâ §. De la qual. Non plus videtur habe-
re momenti, quia & ratio illa dubio valde funda-
mento innititur. Nam contractatio adductio-
ne mercium ex Noua-Hispaniâ non sine mag-
nis sumptibus stare posset institutoribus, vnde fre-
quens esse nequit; quod autem nonnumquam
exercentur, ad publicam conducit utilitatem; id
enim accidit quando in Peruuio raritas mercium
pretium eorū auget, vt his ipsis, quibus hæc scri-
bo, diebus, de quo & dictum *suprà Tit. 3. n. 21.* Nō
ergo sequitur detrimentū aliquod Terræ-firmæ,
cū ex infrequenti alia cōtractatione non maius
sit, quam ex permittâ olim, si contractantes ter-
minos sibi præfixos transgressi non fuissent.

S. II.

Circa tres alias prohibitiones.

142 **T**ertia circa aurum & argentum , atque ex iis fabrefacta versatur; ne scilicet ex Hispaniâ in Indias deferatur : quæ non videtur in conscientiâ obligare, cùm ex tali delatione non sequatur inconueniens considerabilis momentum: sicut neque ex armorum , pro quibus alia etiam prohibito est ; nisi talia sint , quæ alias prohibita legibus reperiantur. Rationes enim, quæ mouere ad hoc olin potuerunt , iam cessarunt , vt obseruat Dom. Solorzanus *suprà pag. 984. Col. 1.* qui circa priorem prohibitionem videndus *pag. 983. §. En quanto.* Vbi pro èst illam tantum conjecturam adducit , non visum conueniens diuitias in Hispaniam magnis & sumptibus & periculis exportatas , in Indias reuehi, vbi illæ natæ, & vbi minus necessariæ iudicantur. Quæ ratio cùm non videatur vrgere ; neque ex illâ vrgendæ conscientiæ: quia quod ad sumptus & pericula attinet , spontè quidem assumpta, in caussâ sunt , quo minus ingens auri & argenti copia in Belgium & Italiam transmittatur : cuius comparatione exiguum valde est quidquid in Indias potest inde educatum reuocari. Quod verò ad minorem necessitatem spectat , facile confutari potest , ex eo quod pretiosa monilia, & monetæ pulchriores , vtrobique applicari ad eosdem usus possunt. Et specialis in eo videtur esse conuenientia , vt pretiosa aliqua singulare artificio elaborata Indiæ habeant , in quibus aurum & argentum, quibus totus inundatur Orbis , enascitur , prole suâ decorandæ. Cùm aliæ, si quid tale adducitur , vendendum & sic in maiori pretio redditum , adducatur.

143 Quarta ad aurum etiam & argentum spectat, ne scilicet illud in Nouam-Hispaniam ex Peruio transferatur. Quod quidem ea de causa videtur dispositum, ne Sinenle fouetur inde commercium. Si ergo alio fine id fiat, non videtur currere prohibitio, aut conscientias vrgere; quia quidquid ita defertur, in Hispaniam tandem peruenit, & solum iter variatur. Quatenus vero illa ad merces alias extenditur, & neque vinum, aut quidquam aliud transuehi permittitur, non videtur item in foro conscientiae obligare. Quod efficaci ratiocinatione conclu-

*alia, in
conscienc*

*mancipia
ex Africa,
et Ethio-
pia. Et
qualis in
eo conscienc.
tia obliga-
tio.*

Barbericus penitus illa prohibeant, non ita scrupulosè res agitur, vt ex illis aliquos non videamus sine remorsu aliquo conscientiæ toleratos. Non ergo videtur lex ista cum obligationis rigore recepta, licet satis conueniens sit: non quidem ob rationem, quam adducit Dom. Solorzanus pag. 984. citatâ 5. *Afì mesmo.* ex periculo, quod talium copia in nouis potest terris creare; nam ea generalis non est, & in Aethiopibus deuorata. Et cùm pauci illi sint, periculum restat nullum: sed ex pessimo illorum circa fidem Christianam ingenio, quam raro ex corde suscipiunt: vnde in terris, in quibus de propagandâ agitur fide, non sine periculo impedimenti alicuius permittuntur. Indos enim possunt facile peruertere, & quod aedificant, demoliri. De Aethiopibus agendum *inferius*, vbi de Contractibus, *Titulo scilicet 9. ànum. 180.* Quoad iura autem Regia eadem est ratio, quæ de aliis; & Regios ministros, qui defraudationi eorum cooperantur ob subornationem ex eisdem factam, aut alias grauiter peccare, & ad restitutionem obligatos manere, ex dictis sàpiùs constat. Et aliquando non tantùm ad compensatiō- *Regios*
nem iurium, sed ad mancipia ipsa reddenda te- *Officiales*
nebantur: quando scilicet sine Regiâ facultate *in hoc ḡe.*